VITA
ET GESTA
RANZOVII.


Francof. 1567.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

45,-198-4° DA BOX
(LN bis 387)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

# Vita, & res geſtæ præ

*STANTISSIMI, NOBILIS, & Generoſi Herois, Domini Iohannis Rantzouij, Equitis aurati, & trium Daniæ Regum, Frederici Primi, Chriſtiani Tertij, & Frederici Secundi, nec non Iohannis & Adolphi fratrum, Ducum Holſatiæ, &c. Conſiliarij, Bellorumq́; ab iiſdem geſtorum primarij Ducis.*

*FRANCOFORTI,*


Excudebat Petrus Brubachius, Anno Chriſti Seruatoris noſtri unici,

*M. D. LXVII.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

IMAGO PRAESTANTIS

ſimi Herois, D. Iohannis Rantzouij, Equitis aurati, qui obijt anno Domini 1565. die 12. menſis Decemb. cùm uixiſset annos 73. & menſem 1.



*Felix, quem uirtus generoſa exornat auorum,*

*Et uirtute ſuis adijcit ipſe decus.*

REVE

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

# REVERENDO

## IN CHRISTO PATRI AC

*Domino, D. Ioachimo, Abbati Monaſterij Reinefeldenſis digniſsimo*

*S. P.*

*ETSI non dubito, Reuerende Domine Abbas, quin ab alijs ea de re, de qua ſummo cũ dolore ad T. R. D. ſcribo, eidem ſit renunciatum, eumq́; caſum grauiter moleſteq́; ferat, tamen cùm herus meus Henricus Rantzouius, Regiæ Maieſtatis Vicarius, luctu impeditus, & hoc tempore à rege in Daniam uocatus, ipſe ꝑ mutua beneuolentia ac familiaritate ueſtra, ad R. T. D. nondum ſcripſerit, iudicaui eandem meis etiam literis certiorem fieri oportere. Nam Iohãnes Rantzouius, eques auratus, quem quidem Deus Opt. max. ex hoc lachrymabili hoſpitio cœleſtem in patriam reuocare conſtituerat, integris*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

*animi ſenſibus, uſq; ad extremum uitæ halitum, rebusq; omnibus, quæ ad morituros pertinent, ſanctè ac piè compoſitis, cũ filios Henricum & Paulum, ad mutuum amorem concordiamq; tuendam, multis uerbis cohortatus eßet, Eccleſiam ac miniſtros ſuos omnes muneribus amplißimis ornaſſet, ſacris factis, adhibitisq; precibus, firma in Chriſtum fide, in complexu coniugis, filiorum ac nepotum, prid. Id. Decemb. placidè conſtanterq; uitam cum morte commutauit. Equidem ſatis commemorare non poſſum, quantum nobis moleſtiæ, quantũ mœroris, tam fortis, tam grauis, tam prudentis, tam bello & pace præclari excellentisq; uiri mors atq; interitus attulerit. Ego quidẽ certè ſic ſtatuo, eo extincto, meam patriam, remq; noſtram publicã multum ſplendoris, multum præſidij atq; ornamenti amiſiſſe. Itaq; & mea, & uniuerſæ Reip. Cymbricæ cauſa uehementer doleo angorq; animo, ne, poſtq̃ Deus hanc columnam euertit, breui totũ ædificium collabatur, præſertim cũ hoc tempore, quo maximè addi aliquid in tanta paucitate ad bonorũ hominum numerum oportebat, nobis ſit ereptus.*

*Vt*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

Vt autem & meum dolorem, & ſimul etiam grati
tudinem oſtenderem (quia magna ex parte in hac
familia & domo ſum educatus, plurimaq; ab ea in
me ſunt collata beneficia) decreueram pauca quæ,
dam de uita & rebus geſtis huius tanti uiri literis
mandare, poſteriſq; tradere: Iniuria .n. eſt, uirtu
ti laudem præmiaq; non tribuere. Cùm autem he
ro meo nuper in Daniã profecto, more inſtitutoq;
meo, Bibliothecam illius, quam habet omni genere
librorũ inſtructiſſimam, ingreſſus eſſem, libroſq;
nõnullos excuterem, caſu in bina incidi ſcripta con
iunctim ſe poſita, neſcio quorũ autorum, eorũ utriq;
titulus erat: SVB EFFIGIE Iohannis Ran
tzouij, Equitis aurati: quæ ego cũ non ſine ſumma
uoluptate perlegiſſem, cùm ꝙ mei tẽporis hiſtoriã,
annorũ uerò ſexaginta, cuius planè ignarus eram,
breuiſſimè cõpræhenderẽt, tum ꝙ uitam Iohannis
Rantzouij, rerũq; me puero ab illo domi militiæq;
geſtarum memoriam continerẽt, et uiderẽtur ſanè
eiuſmodi eſſe, ut à me nihil elaboratius illis, nihil e
legantius edi poſſet, deſiſtebam ab incepto, meũq;
ſcribendi ſtudium ac laborem, tanq̃ ſuperuacaneũ,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

minimeq; utilem ac neceſſarium iudicabam. Illa igitur ſcripta ad T. R. D. hoīem pietatis, ingenij & iudicij laude præſtantiſsimum mitto, ut & ipſa R. T. D. huius uiri uitam, qui R. T. D. ob inſigne ueræ religionis ſtudium, & raras animi dotes, quibus præ cæteris prælucet, unicè cōplexus eſt, ſemperq; magnifecit, penitus cognoſcat, & amicis ac familiaribus cōmunicet, aut etiam, ſi dignum uidebitur, prælo ſubijciat, nominisq; ſui inſcriptiōe, ut in manus hoīm prodeat, typis imprimendum curet. Adiunxi porrò Epitaphia quædam à diuerſis facta, & exempla epiſtolarum, quas Principes quidam & alij ad cōſolandos filios ſcripſerunt: non quidem planè omnium, (erant enim plurimæ) ſed illarum tantummodo, quas ꝓpterea, ꝙ elegantiores atque pleniores eſſe uidebantur, ſelegi, quæ poſſunt eſſe tanꝙ indices, & quaſi certiſsima teſtimonia fidei illius, qua erga patriam eiusq; laudatiſsimos Principes ſemꝑ uſus fuit. De his itaq; tua quicquid R. D. egerit ſtatueritq;, excellenti R. D. T. iudicio permitto, meq; omnibus R. D. T. officiorum generibus ꝑpetuo deuinctum ſo

re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

rē confirmo. *Vale reuerende præſul, meq́ in numero eorum, qui R. D. T. ob plurimas uirtutes diligunt & colunt, ut reponat, precor. Datæ xiiij. Calend. Ianuarij, Anno M. D. LXV. Ex arce Bredenberg.*

T. R. D. deditiſſ.

*Martinus Coroneus Holſatus, liberalium artium M. filiorum Henrici Rantzouij præceptor.*

## CANDIDO *Lectori Ioachimus Abbas monaſterij Reinefeldenſis S.*

PErſæpe nobis cogitantibus pie lector, de communibus miſerijs, in qbus tot annis uerſamur, et ut uidetur, uerſabimur, in mentē uenire aĩmq́ erigere ſolet, hæc mala nō ſubito caſu, uel cæco quodam fato, ſed diuina quadam diſpoſitione nobis cōtingere. Bella etenim immenſa, morborum inaudita genera, omniumq́ rerum inſolita penuria, cæteraq́ infinita mala, quæ in hac extrema & delira mundi ſenecta, non ſine ingenti bonorum uirorum luctu & dolore conſpiciuntur, adhæc præſtan

tiſsimo

*tiſsimorum uirorum caſus & interitus, diuini numinis nõ modò imminentem, uerũ etiam præſentẽ iram & indignationẽ teſtantur. Cùm itaq; nõ ſine ſummo uulnere Eccleſiæ Chriſtianæ, & reip. ciuilis, oĩmq; harũ regionum diſpendio maximo, præſtantiſs. nobilis & generoſus heros, D. Iohannes Rantzouius Holſatus, eques auratus, raræ, imò inauditæ uirtutis exẽplum, ex hac luce ſubtractus ſit (cuius uiri memoria magnis conãtibus ſacroſancta eſſe debeat, illiusq; interitus inſigne quiddam portẽdat) uiſum eſt nobis, citra cuiuſcunq; notam, aut noſtram cenſuram, oblatũ nobis de uita, de reb. geſtis illius libellũ in lucẽ edere, in quo admirandũ uidetur, ꝙ ab ipſis incunabulis, uſq; ad extremum uitæ ſpiritũ, ſemp tam ꝓpitia benignaq; fortuna, uirtute duce, Chriſto auſpice in tãtis tã grauiſsimis difficillimis, ſummisq; reb. ſtrenuus ille miles uſus ſit: quod in paucis uel nemini, poſt hoĩm memoriam (citra inuidiã dixerimus) etiãſi oẽs ueterũ Græcorum, uel Roman. annales euoluas, ꝓ ſua conditione cõtigit. Tu itaq; pie lector ſtudiũ noſtrũ boni cõſule, & uirtutes tãti & tã rari uiri recole & ſpectare. Vale in Chriſto felix.*

*Sub*

# Sub effigie Iohannis RANTZOVII EQVITIS AVRATI.

DEVS trinus & vnus te longè ſoſpitet, & in hoc viuidæ ſenectæ robore diu fœliciter conſeruet, fortunate ſenex, quem ex equeſtri & peruetuſtæ Nobilitatis, apud Holſatos Saxones, Rantzouiorum familia natū, ſyderum inclinatione Genius Diuûmque gratia, per bellicas virtutes, ad iuſtam fortunarum atque gloriæ ſatietatem extulerunt. Quò iam tum contendere es viſus, quando proximus pubertati à patris morte, arrepto domi equo, ad vicina caſtra euolaſti. A quibus prouectiore ætate in Angliam, Hiſpanias, Italiam, Cretam, Aſiam, Syriamque progreſſus, & apud Hieroſolymas militari baltheo honeſtatus, ex tam longa & periculis varijs obnoxia peregrinatione, non modò id honoris inſigne, ſed animum plurima variarum rerum, inprimiſque exquiſitioris diſciplinæ militaris,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

cognitione inſtructum, ad patriæ optimorumque principum tuorum, Holſatiæ Ducum, cultum retuliſti. Eam cùm infracto animi corporiſq; robore, temporibus ita poſtulantibus, in campum produxiſſes, re ipſa comprobaſti, non pugnantium numero, ſed Imperatoris atq; militum virtute, conſtare inſignes victorias. Sic ala vna equitum, & quatuor peditum Germanorum cohortibus, poſt edomitam Haffniam, Daniæ regum permunitam ſedem, ſupra quindecim Scandianorum millia, bis eodem die diuerſis locis acie uictor, ducibus captis, profligaſti. Quo fœlici rerum ſucceſſu, & pacis fundamenta à te iacta ſunt, & Borealis nobilitatis attritus laceratuſq;, ſub Chriſtierno II. immanis crudelitatis rege, ſplendor & tranquillitas reuixit. Nam hinc eius ſpes, qua ad regna Septentrionalia reſpiciebat, ex fuga, in quam ſe coniecerat, ſcelerum ultricibus Diris conſciam mentem impellentibus, planè imminuta fractaq;, aditus verò ad regni faſtigium patefactus fuit optimo Principi tuo Friderico, Holſatiæ Duci. In quo ille iuſtè, clementer pieq;, vſque ad uitæ exitum verſatus, & ſubditorum de ſe expectationi vndiquaque ſatisfecit, & fidei meritorũq; tuorum magnitudinem regia liberalitate agnouit.

uit. Ab eius è rebus humanis exceſſu, cùm noui
popularium motus per Daniam excitarentur,
Lubecenſium quidam, rerum nouandarum ſtu
dioſi, inopinatò ſe in patriam tuam cædibus at-
que incendijs latè effundebant: autor principi
tuo Chriſtiano, Friderici filio, Holſatiæ Duci
fuiſti, vt inter initia Lubecam inuaderet. Quod
cùm te duce adminiſtrari iuſsiſſet, id dexterita-
te conſiliorum, atque actionum tuarum celeri-
tate conſecutus es, vt Lubecenſes, fuſis fugatiſq;
ad OEtinum eorum copijs, non modò ad ſol-
uendam Segebergenſis caſtri obſidionem, ſed
Trauemūda atq; nauibus aliquot captis, urbe-
q; ipſa obſeſſa, cùm belli ſumptus, & dilabentem
mercimoniorum quæſtum, ferre ciues diutiùs
aut non poſſent, aut non uellēt, certam pacem
ſperatæ uictoriæ præferre maluerint. Quæ eò
liberalius afflictis conceſſa fuit, te Cymbricos
motus coercente, quò magis Principis atq; pa-
triæ tuæ interfuit, vicinam hanc flammam re-
ſtingui, & tot ſimul enaſcentium hoſtium vires
diduci. Nam factioſorū quorundam Danorum
motus, Albertus Megapolitanus dux, & Chri-
ſtophorus Oldenburgenſis comes, iuſtis exer-
citibus tuebātur, Haffnia regali munitioribuſq;
locis occupatis: quorū vires, per Balthici ma-

ris inſulas diffuſas, cùm ſigillatim adoriundas cēſuiſſes, idq́ꝫ tuum ſalutare conſilium Chriſtianus princeps approbaſſet, per continentem traductis copijs, primò Cymbricos Iutas feliciter aggreſſus, Alborgo vi expugnato, ac deletis aduerſariarum partium copijs, redactiſq́ꝫ in ordinem ſacrorum Papiſticorum nonnullis præſulibus, qui ſe hominibus, nouandarum rerum ſtudioſis, duces autoreſq́ꝫ prębuerant, non minimum Danici regni tractum principi tuo conciliaſti. Proxima erat Fionia, vbi valido hoſtium præſidio Aſſenſe oppidū tenebatur, & cum iuſto exercitu Germanorum illuſtres comites Iohānes de Hoyia, & N. de Techelnborch, alijq́ꝫ ſtrenui alarum atq́ꝫ cohortium duces excubabant. At tu nihil hoſtium potentia territus, traiecto mari, cùm obſidionē Aſſenij ſtrenuè cœpiſſes, incumbētibus eius ſolutioni comitibus, laudabilius exiſtimaſti, producto in patentes campos milite, prælij aleam ſubire, quàm intra caſtrorū munitiones obſeſsi præbere ſpeciem. Itaq́ꝫ cùm iuſta acie, loco ab hoſtium præſidio editiore, confligeres, inſigni victoria, quæ comitem vtrumque multoſq́ꝫ fortes viros abſumpſit, eoq́ꝫ arridentis fortunæ progreſſu tota inſula potitus es. Hinc in Selandiam itum, in qua

expugnatis

expugnatis propugnaculis, & ſub ditis pacatis,
reſtabat una Haffnia regum ſedes. Et tum illu-
ſtrium virorum atque veterani Germanici mili
tis præſidio, tum ſuis munitionibus aduerſus
omnem vim inſigniter armata, fame ſubigenda
fuit. Quod poſt XIIII. obſidionis menſem fe
liciter ceſſit, eoqꝫ maiorem principi tuo clemen
tiæ atqꝫ moderationis gloriam peperit, quò ille
indulgentius ad Saguntinam (vt aiunt) famem
adactis, dimiſſo ſine noxa prȩſidio eiuſqꝫ duci-
bus, ignouit. Hac via Chriſtianus princeps, ve-
rè Chriſtianus, cùm ſeditioſis hominibus Da-
niam purgaſſet, diademate regio procerum
conſenſu ornatus, per omnem vitam conſilia
actioneſque ſuas, maximo ſubditorum commo
do & gratulatione eò retulit, & luſtrico nomi-
ni eſſent conſentaneȩ. Qua excellenti virtute
perpetuaqꝫ felicitate impulſus Carolus Cæſar,
qui alieniore à Chriſtiano rege animo, ob Chri
ſtierni ſororiĳ ſui cuſtodiam, liberis eius incitan
tibus, erat, potius te pauciſqꝫ aliĳs actoribus cum
illo in gratiam redire, quàm huius deformatam
ſceleſtiſsimorum delictorum turpitudine cau-
ſam perſequi uoluit. Sic aucto confirmatoque
principis tui imperio, cùm iam ſexagenarius ab
aula ad quietem reſpiceres, à liuidorum oculis



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

atque dentibus ſemoueri tuus receſſus tam lon
gè non potuit, quin abſentis gratia apud optimum regem attrectaretur. Quod tu eo nobiliori propoſito negligẽdum exiſtimaſti, quò certius ſtatuebas, gratiſsimi beneuolentiſsimique regis animo, tot aduerſis proſperè ſpectatã cũ extremo vitæ diſcrimine fidem, integritatemq́ tuam, maleuolorum obtrectationibus eximi nunquam poſſe. Neque tua te fefellit opinio, quando decedente corporis vigore, te ſolita gratia complexus, Friderico filio, regi deſignato, ingenuè commendauit. Quem à patris morte, cum patruis Iohanne & Adolpho, Holſatiæ Ducibus, in Dithmarſos, gentem ferocem & hactenus pro inuicta habitam, vindicantem, cano & penè ſeptuagenario capite ſecutus, delatum communi Principum conſenſu magiſterij equitum munus, vt modeſta ætatis excuſatione declinare voluiſti, ita ſtrenuè poſtulãtibus Principibus ſuſceptum tutatus es, nunquam priſtini vigoris robore intermiſſo. Sed eius ſecundiſsimi belli laudem, ſicut libenter & meritò ad regis atque Ducum gloriã refers, qui utiliter conſulendo, atque fortiter pugnando, clariſsimorum heroum munera impleuerunt: ita viciſsim tuam, tot antea uictorijs partam lauream, hoc

 clementiæ

clementiæ encomio ex eo bello non inuiti red-
dent ornatiorem, quòd ſupra quingētos Dith-
marſos, qui aduerſum te in acie conſtiterant,
cùm proiectis armis extrema experiri non uel-
lent, nonnullis eos ad necem poſcentibus, hu-
maniore animi decreto, viuos incolumeſque
conſeruaſti, cùm eorum ſanguine interempti
olim fratris manibus litare potuiſſes. Cuius fa-
cti memoria ingraueſcēti nunc ætati tuæ eò dul
cior procul dubio eſt, quò magis perpetuum
animi tui propoſitum, nunquam mercenariæ
externorum militiæ, ſed vni patriæ, eiuſque le-
gitimis Principibus, ea moderatione obſtrictū,
vt victricis manus robore, clementi erga pro-
ſtratos indulgētia, pro merito temperares, hoc
velut extremo actu confirmare es uiſus. Igitur
ætatis veniam legitimo iure conſecutus, viue in
poſterum, tot exantlatis fœliciter belli labori-
bus, diu fœlix atque incolumis, in tuis priuatis
ædibus, quarum alteras Bredenbergi, perdu-
ctis iuſtis munitionibus atque propugnacu-
lis, ſolo depreſſo ad Storam, reciproco æſtu
fluctuantem, alteras Italicæ elegantiæ imita-
tione Bothcampij, editiore ſpecula, ad lacum
Biſſenum, magno ſumptu excitaſti: & in-
ter grauiſsimas conſultationes, quibus præ-
ſentem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

ſentem animi vigorem, cùm ſuo Genio, tum diligenti rerum obſeruatione, ad circumſpecti iudicij acumen perductum, regi principibuſq; tuis fideliter impertis, te rerum geſtarum recordatione, & fœcunda ex tribus liberis nepotum neptiumque ſobole oblecta. Quos vt virtutis tuæ æmulatione, digna te patre auoq;, ſectari atque conſequi videas, vtque tranſcurſo mortalis vitæ ſpacio, piè ſancteq; ad beatorum ſedem hinc emigres, id tibi concedat
inexhauſtæ bonitatis & cle-
mentiæ numen æ-
ternum,

A M E N.

EPITA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

IOHANNI Rantzouio nobili Holſato, qui poſt ſuſceptum balthei militaris decus, & per luſtratas remotiſsimarum gentium prouincias, quantum pacis belliq́ꝫ artibus omnibuſq́ꝫ corporis atque animi eximijs bonis eniti potuit, id omne ſecundum pietatem in Deum, vni patriæ eiuſq́ꝫ laudatiſsimis Principibus, Friderico I. Chriſtiano III. & Friderico II. Danorum ex ordine Regibus, huiuſq́ꝫ patruis, Iohanni & Adolpho Holſatiæ ducibus impendit, feliciſsiſimo euentu, vtpote ſummus cum iuſto imperio Dux, ex ortis ſubinde bellis deſtinatus, ſemper victor, qui præter copias deditaſq́ꝫ vrbes atque arces, profligatos eiectoſq́ꝫ procul Cymbricis & Holſaticis finibus hoſtes, in ordinem redactos Papiſticorum ſacrorum ſeditioſos antiſtites, rebelliumq́ꝫ Thietmarſorum contuſam & fractam armis contumaciam, octies patentibus in campis, diuerſis prælijs ſuperatas hoſtiles acies, vel ab ipſius indulgentia, vel à fœda fuga vitam coegerit impetrare, illuſtri, & fidei erga patriam eiuſq́ꝫ Principes, & clementiæ erga victos gloria, quam ad fatalem maturæ ſenectutis horam, ſine fortunæ ludibrio perduxit, ſicq́ꝫ domi ſuæ, ætatis veniam nactus, omnibus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

animi ſenſibus integris, in chariſsimæ coniugis, filiorum atque nepotum cõplexu, æterno numini ſpiritum, à quo acceperat, firma in Chriſtum fide, & certa reſurrectionis ſpe confirmatus, reddidit, Henricus & Paulus filij, parenti chariſsimo mœrentes poſuere.

*Obijt Anno Domini M. D. LXV. Die XII. Menſis Decembris, cùm uixiſſet annos LXXIII. & Menſ. I.*

# IN TVMVLVM
## IOHANNIS RANTZOVII EQVITIS AVRATI.

*HIC ſita Rantzouij ſunt frigida mẽbra Iohannis,*
*Inclyta cui uirtus nomen equeſtre dedit.*
*Qui diadema tribus, procerum ſtatuente Sena-*
*Regibus Arctois, impoſuit manibus. (tu,*
*Chriſterni pepulitq; duces uirtute ſecundi,*
*Eiecit regni ſedibus eq; tribus.*
*Quid referam Comites, populos, domitasq; tot*
*Bis redijt cæſo uictor ab hoſte quater. (urbes?*
*Dania teſtis erit, bello concuſſa Lubeca;*
*Hoc duce quæ capta eſt, Haffnia teſtis erit.*

Nau-

Naucleriq́; feros compeſcuit ille tumultus,
    Intulit & rigidis ſigna tremenda Iutis.
Ille armis fruſtra toties belliſq́; petitos,
    Tempore Dithmarſos contudit exiguo.
Quemq́; ferox multis Dithmarſia ſuderat annis,
    Cymbrorum uindex ſanguinis ille fuit.
Singula quid referam? nil non laudabile fecit,
    Conſilio felix, Marte, togaq́; fuit.
Auſpice multa Deo, primo ſub flore iuuentæ,
    Pro patria geßit, multaq́; bella ſenex.
Vt charus patriæ, charis iucundus amicis,
    Hoſtibus aduerſis ſic metuendus erat.
Quid ſtructas ædes memorem, magnoq́; labore
    Condita magnanimi tot monumenta uiri?
Qui licet exhauſtus ſenio ſua fata ſubibat,
    Viſa tamen patriæ eſt mors properata nimis.
Hoc duce quæ caret & quondam fortaſſe carebit,
    (Quod tamen in uentos omen abire uelim)
Adde quòd & manſit iam ſuccedente ſenecta,
    Corporis integritas ingeniíq́; uigor.
Vnde futurarum prudentia maxima rerum,
    Perpetuò conſtans iudiciumq́; fuit.
At poſtquàm curſum, dederant quem fata, peregit,
    Defecit caſto coniugis in gremio.
Terrores metuens nullos, ſolatia ſenſit
    In Chriſto moriens iuſtificante fide.
Vita uale, dixit, ſpes & fortuna ualete,
    Lubrica uos, uera eſt nunc mihi parta quies.

## DE OBITV IOHANNIS RANTzouij, equitis aurati, ex Cancellaria Regis Daniæ.

*CVM placido uitæ mutaſſet tempora fato*
*Iohannes heu Rantzouius,*
*Luxerunt nati, coniunx, Holſatica tellus,*
*Vno ore plangentes patrem.*
*Mars tumulo impoſuit laurum, zonamq; trophæumq;,*
*Et hoſtibus demptas opes.*
*Pax etiam, aut concors huic, aut contraria Marti,*
*Amantem laudauit ſui.*
*Fama hinc diſpergens latè ore manuq; ſecuta eſt*
*Virtutum teſtimonia.*
*Qualiter hunc igitur uixiſſe putabimus annis*
*Luſtrorum bis ſeptem & tribus?*
*Tot namq; hic uixit, quem Mars, Pax, Fama peremptum*
*Requirant, laudent, efferant.*
*Et pia cum natis coniunx uiduata marito,*
*Et patria lugeant patrem.*

## EPITAPHIVM STRENVI, NOBILIS, magnanimi & fortiſsimi viri, D. Iohannis Rantzouij, Equitis aurati, & trium Regum Daniæ conſiliarij, qui feliciter in Domino 12. Decemb. Anno 1565. obdormiuit.

*HOC ſunt Rantzouij ſub marmore condita membra,*
*Sanguine qui claro, nobilitate uigens.*

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

Qui proauos, atauos potuit numerare beatos,
Qui patriæ fuerant gloria, fama, decus.
Qui uirtute ſua, multis & dotibus, amplæ
Inclyta Rantzouiæ gloria gentis erat.
Qui patriæ regumq́; decus florentibus annis,
Spes & amicorum præſidiumq́; fuit.
Militiæ titulos uirtus cui contulit alma,
Contulit & nulla parte maligna fuit.
Sors & diuitias largas artemq́; fruendi
Quæ dederat, ſummis fecerat atq; parem.
Irruerat quando hoſtis atrox, ter Cymbrica regna
Finibus Holſatis bella cruenta parans,
Auſpicibus ſuperis preßit fera prælia Martis,
Amiſit uires anxia turba ſuas.
Corporeisq́; bonis nunquam uitæúe pepercit
Pro regis ſalua proſperitate ſui.
Impiger, aßiduus, celer, imperterritus, acer,
Præfectus pacis militiæq́; fuit.
Quem nil pro patria mouit tot adire labores,
Nec calor, aut nimbis horrida bruma ſuis.
Contigit à Domino, fuit & facundia dulcis,
Atq; ſagax animus, fertile conſilium.
Tranquillus, placidusq́; bonis, crudelibus atrox,
Autor & integræ relligionis erat.
Quumq́; fuit natus bis ſeptem luſtra, ſed annos
Adiungens ternos, contudit oſſa dolor.
Tunc illi dulcem ſecuerunt pollice uitam
Numina, quæ uitæ mollia penſa trahunt.
Contigit in Chriſti requieſcere molliter ulnis,
Et ſummum clara luce uidere Deum.
Ergo præteriens urnam hanc dic candide lector,
Rantzouij in Chriſto molliter oſſa cubent.

# IN TVMVLVM D. IOHANNIS Rantzouij Equitis aurati.

*Conditur hoc tumulo rara pietate Iohannes*
*Rantzouius, claro ſtemmate natus Eques.*
*Regibus impoſuit tribus hic diadema ſuperbis,*
*Fertile Danorum qui coluere ſolum.*
*E quibus iniuſtè Chriſternum bella mouentem,*
*Sedibus auertit Marte potente tribus.*
*Frena recuſantes multas compeſcuit urbes,*
*Submiſitq; ducum colla ſuperba iugo.*
*Dania ſæpe ſuum nôrat fortißima nomen,*
*Senſit & illius pulchra Lubeca manus.*
*Quæ tulit illius Schoningia ſigna triumphi,*
*Oetinum & pariter terra Fiona refert.*
*Eſt & adhuc memor hoſtilis Iudlandia cladis,*
*Nauclerum domuit qua ſua dextra trucem.*
*Omine teſtis & eſt pugnans Dithmarſia nuper*
*Infauſto, cuius mœnia uicta iacent.*
*Sic felix fuit & fortem ſe præſtitit, ut cùm*
*Conſereret uictor bis quater hoſte manus.*
*Quid referam mores mixtos grauitate decora?*
*Quid, quod erat iunctum cum bonitate decus?*
*Integer ipſe fuit maculis non oblitus ullis,*
*Atq; tulit ſortem, qualiter illa fuit.*
*Conſilijs populum dubitantem iuuit honeſtis,*
*Iuuit & afflictos pro bonitate uiros.*
*Rebus in ambiguis uultus non ſumpſit acerbos,*
*Nec fato elatus proſperiore fuit.*
*Sed mens illius certo deducta tenore,*
*Quod fuit ante pedes, excutiebat opus.*
*Hinc ſua clara uiget geſtarum gloria rerum,*
*Omnibus ipſius eſt cognita fama locis.*

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

Sed poſtquam ſenio confectus & integer æui
  Senſit ſe uitæ continuaſſe uiam,
Speq; fideq; Deo certus conſtanter adhæſit,
  Et ſic uoce pia cùm moreretur, ait:
Reddam animam Chriſto, mea pignora chara ualete,
  Et tu me gremio ſuſcipe Chriſte tuo.

## VERSVS CONTINENS NVMErum anni, quo obijt Iohannes Rantzouius Eques auratus.

TeMpore qVo Verè ſVbIIt ſVa fata Iohannes:
  RantzoVIVs, VerſVs Denotat eXIgVVs.

## QVERELA STORÆ FLVVII.

Riuule cur præter ſolitum tuus humor abundat,
  Dic Stora? lucidulam quis tibi turbat aquam?
Rantzouij miſerum me triſtia funera turbant,
  Creſco ego de lachrymis perditus ipſe meis.
Ille erat heu ſummi uiuens mihi cauſa decôris,
  Ille mihi moriens abſtulit omne decus.
Ne mihi quis lympham uiolaret, condidit arcem
  Me prope depreſſo, Palladis arte, ſolo.
Extinctum plangant Pax & cum Marte Minerua,
  Relligio, Charites, Cymbrica terra patrem.

EPI

# EPITAPHIVM STRENVI VIRI D. Iohannis Rantzouij, Equitis aurati, qui obijt poſt natum Chriſtum, Anno 1565. 12. Decemb.

Quæ lector celſis inſignia iuncta columnis,
Quæq; opera è Pario marmore facta uides,
Inclyta Rantzouij ſunt hæc monnmenta Iohannis,
Frigida defuncti ſub quibus oſſa cubant.
Hic dum uiuebat nulli uirtute ſecundus,
Militis aurati nomen adeptus erat.
Nam firmi uegetus iuuenis cùm corporis eſſet,
Senſit & ingenij munera magna ſui,
Per uarios populos longinquaq; climata terræ
Immenſum ad Solymas per mare fecit iter.
Vnde illi rerum prudentia magna parata eſt,
Vt poſſet patriæ commodus eſſe ſuæ.
Cùm Daniæ primus Fridericus ſceptra teneret,
Edita ſunt fidei plurima ſigna ſuæ.
Poſtea felici Clementem Marte profudit,
Iutica cùm fureret ſeditione cohors:
Obſidione premens Aleburgica mœnia, ciues
Rex Chriſtiane tuo ſubdidit imperio.
Chriſtophori Comitis dum rura Fionia miles
Vaſtaret, uictrix hîc quoq; dextra fuit.
Haffnia cùm nollet clauſis ſe dedere portis,
Miles in hac præſtans obſidione fuit.
Schanica Meiero deuicta fera agmina capto
Compulit & domini ſubdere colla iugo.
Extera funeſto ſtreperent cùm bella tumultu,
Strenuus audaces mouit ad arma manus.
Publica res timidis tremuit quando anxia curis,
Conſilio patriæ profuit ille ſuæ.
Seu res conſilijs fuerat ſeu Marte gerenda,

Regibus

Regibus ille ſuis fidus Achates erat:
Nobile Rantzouicum generoſo à ſtemmate nomen
Nobilius factis reddidit ille ſuis.
Bis ſeptem luſtris quum tres adiunxerat annos,
Vitaq́; iam finem cœpit babere ſuum,
Preſſa graui ſenio gemerent cùm membra dolore,
In Chriſto moriens leniter occubuit.

## EPITAPHIVM IOHANNIS RANtzouij, Equitis aurati, in quo primum Diſtichon continet annum Chriſti, quo obijt, & primæ literæ maiuſculæ nomen autoris.

HOLſatIæ RantzoV DeCVs & tVteLa Iohannes
HVC pôſtVs, laVDIs VIX poLVs Ipſe CapaX.
I mberbi Solymas mento qui uenit in oras,
Rettulit auratæ militiæq́; decus.
N ec non Chriſtano, Fridericis atq; duobus,
Tradidit Arctoi ſceptra regenda ſoli.
R ectori quod erant Atridæ, Neſtor, Achilles,
Id tribus his ſolus regibus ille fuit.
I llius eſt fractus Chriſternus fortibus armis,
Cederet ut regnis Marte cadente tribus.
C hriſtophorum, comitemq́; huius quoq; Marte ducemq́;
Albertum, nigri qui bouis ora gerit,
V aſtaq́; ſanguinei renouantes bella Gradiui,
Ad regis conſtat procubuiſſe pedes.
S enſitq́; infelix inuictas Haffnia uires,
Illius auſpicijs Haffnia capta pijs.
R oſtratæ memorare poteſt quis prælia claßis,
Pro tanti dignè conditione ducis?

A lta ſed immenſæ referam ueſtigia uitæ,
Et quoties hoſtis copia ſtrata ſui.
N orbius ingenti uenit obuius agmine primum,
Eſt ubi Scandiaci grandis eremus agri.
T rita uidens ſocij ſed Otho Stigeſenius arma,
Hic uno, dixit, bina trophæa die?
S unt etiam nobis uires, uel præſtet Achillem:
At uix intuitus terga pudenda dedit.
O bſtitit & Marcus Meyer, cùm dira moueret,
Quattuor in partes is laceratus obit.
V dus adhuc Oetinus habet fera ſigna cruoris,
Cæſorum uarijs oſsibus albet humus.
P eſtifer hos ſequitur Nauclerus in ordine quartus,
Succeſſum & uires ſperat habere ſuas.
A t non Holſaticus cedens nec territus Heros,
Obuia uictrici tendit ad arma manu.
T urbatum ſuperatq́; Ducem ſtringitq́; catenis,
Firma procul muris non Aleburga tuis.
R egali donat ſceptro, plumboq́; coronat,
Tunc ubi ſupplicijs afficiendus erat.
I nfauſtos etiam Comites extendit arena,
Hîc ubi Taurinus mons iuga celſus habet.
F ormidata olim totis Dithmarſia regnis,
Hoc duce Principibus colla premenda dedit:
E t quamuis ualidis pugnârit fortiter armis,
In tribus eſt tandem uicta cruore locis.
C ætera quæ reſtant Sophocleo digna cothurno,
Cantet cum claris Holſata terra Danis.
I pſe Deus uerò talem uileſcere gemmam
Non paſſus, cœli traxit ad aſtra uagi.

## QVERELA ANNAE RANTZOVII, in funere eiuſdem dilectiſsimi coniugis ſui, incomparabilis uirtute herois, inciſa lapidi ſepulchri, quod in piam patri memoriam grati filij in templo primario oppidi Itzohoæ ſtatuerunt.

*Coniugis oſſa ſui cùm conderet Anna ſepulchro,*
*Hæc ait, in lachrymas tota ſoluta pias:*
*Si mihi non tecum licuit, uir, ponere uitam,*
*Mox tamen, intereunt ni mea uota, ſequar.*
*Et precor, ut placidè coniuncti uiximus ambo,*
*Sic quoq; cœleſti nos beet arce Deus.*

## DE ARMIS IOHANNIS RANTZOuij, Equitis aurati, quorum ſuam partem Henricus &c. Rantz. filius, donauit fratri Paulo.

*Diuidere arma patris cùm uellent bellica nati,*
*Corpore quæ proprio geſſerat ipſe ſuo,*
*Mars clypeum abiecit, dixitq́;, ô parcite nati,*
*Parcite, in his aliquid Mars quoque iuris habet.*
*Quæ toties genitor defendit ab hoſtibus arma,*
*Turpe, ea ſi natis diripiantur, erit.*
*Integra, dante Deo, poſt triſtia fata manebunt,*
*Vt ſacra, dum uixit, tutaq́; ſemper erant.*
*Ergo dedit Paulo, fraterni pignus amoris,*
*Henricus partem, Marte monente, ſuam.*
*Exoptatq́; armis cum laude utatur ijſdem,*
*His uſus genitor qualiter antè fuit.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

# Dem Durchleuchti-
# gen/ hochgebornen Fürſten vnd Herrn/ Herrn Adolphen/ Erben zu Norwe-gen etc. Hertzogen zu Schleßwig/ Hol ſtein/ Stormarn vnd Ditmar ſchen/ Grafen zu Oldenburg vnd Delmenhorſt/ vnſerm Gne digen F. vnd H.

DUrchleuchtiger/ Hochgeborner Fürſt/ E. F. G. ſeind vnſere gehorſame/ vnderthenige/ vnd gantz willige dienſte mit höchſtē fleiß ſtets zuuoran. Gnediger Fürſt vnd Herr/ Wir mügen E. F. G. vnderthenigen/ doch mit betrübtem vnd bekümmerten hertzen vnd gemüte nicht ver halten/ das der Almechtige ewige Gott/ nach ſeinem göttlichem gnedigen vetterlichem willen vnſern hertz lieben vatter Ern Johan Rantzo uen Rittern/ nach langwiriger leibs ſchwach eit/ an heut dato auff den mittag vmb zwölff Vhren/ aus diſem elenden Jamerthal/ zu ſich in die ewige freude vnd ruhe gefordert/ des Seelen der Herr gnedig vnd barmhertzig ſey:

Vnd

Vnd iſt aber vnſer freuntlicher hertz lieber Vat-
ter/gantz Chriſtlich vnd herlich/ mit gar ſchö-
ner andacht/on alles wehe vnd quale/ in groſ-
ſer gedult/ In JESV CHRISTO ver-
ſchyden: welchs vns widerumb ſo vil mehr in
dieſer hochſmertzlichen / vnd beſchwerlichen
betrübniß/troſt gibt. Was nuhn vnſer freunt-
licher lieber Vatter E. F. G. hie vormals durch
derſelbigen Doctorem vnd Medicum in vn-
terthenigkeit anzuzeigen befohlen / werden E.
F. G. von Ihme in gnaden one zweiffel ver-
nommen haben: dabey er vnd Wir itzundt das
beruhen laſſen. Weil dan E. F. G. vnſer lie-
ber vatter vntertheniger diener geweſen / vnd
E. F. G. vorfarn vnd derſelben landt vnd leut/
mit allen trewen gemeint / achten wir / es wer-
den E. F. G. des mit vns ein Chriſtlich vnd
Furſtlich mitleiden tragen. Ob wir nuhn wol
entſchloſſen weren / vnſern vatter zu Itzeho
zum Chriſtlichen begrebnuß/ alß er vns in ſei
nem letzten/ wie auch ſein Teſtamẽt mitbringt/
befolen/beſtedigẽ zu laſſen/ ſo iſts doch an dem/
weil daſelbeſt der ſchedlich gifft der Peſtilentz
eingeſchlichẽ vnd noch teglich graſſirt/ das wir
E. F. G. vnſere verwandte vnd freunde/ ſo ein

abſchew dafur tragen/ nicht zu beſchwehr for-
dern kōnen. Derhalben wir ihnen in ſeiner Kaſ
pel kirchen Bredenberge eine zeitlang nider
ſetzen wollen / biß der liebe Gott die zugeſchick
te Rute widerumb abwendet: Als dañ/ wie vn
ſers vatters letzte bitt vnd ſein Teſtament ver-
mag / vollenziehen vnd zu Itzeho Chriſtlichen
begraben laſſen wollen. Vnd bitten hiemit vn-
terthenigſt fleiſſig/ E. F. G. wollē als dañ/ wel-
chen tag dieſelben in vnterthenigkeit hirzu gefor
dert werden/ vns hirin Furſtlichen beiſtāt/ vnd
vnſerm vatter den letzten willen leiſten helffen.
Da aber E. F. G. zu der zeit verhindert/ vnd
perſōnlichen dem Chriſtlichen begrebnis nicht
beiſein wůrden/ So bittē wir dēnoch vnterthe-
nigē/ vnd zweiffeln auch nicht/ E. F. G. werdē
Ihre verordentē darzu ſchicken: Angeſehn das
vnſer lieber vatter ſeliger/ E. F. G. trewer die-
ner geweſen/ vnd was er mit ſeinen vntertheni
gē dienſten nicht verdienet/ das wollē wir in vn
terthenigkeit nach vermůgē gerne thun vnd lei-
ſtē/ mit gantz vntertheniger bitt/ E. F. G. wollē
nicht weniger / wie dieſelbigē vnſers ſeligē vat
ters gnediger her geweſen/ auch vnſer gnediger
herr ſein vnd bleibē. E. F. G. ſampt der ſelbigen
viel

viel geliebtē gemahel Gott dem Almechtigen/in langwiriger glücklicher Regierung vnd leibs geſuntheyt zu friſten vnd erhalten getrewlich empfehlend. Datum Bredenberg den 12. Decembris. Anno M. D. LXV.

E. F. G.

Gehorſame vnterthone
vnd gantz willige.

Henrich Rantzow. Pawel Rantzow.

# Johans von Gottes gnaden/Erbe zu Norwegen/ etc. Hertzog zu Schleſzwigk/Holſtein/ etc.

Den erbarn vnſeren lieben getrewen Henrich vnd Paul Rantzowen gebrůderen/ zum Breidenberg vnd Bothkampe/ Erbgeſeſſen.

ERbarn lieben getrewen / Wir haben ewer ſchreiben/ darin vns ewres ſeligen lieben vattern/Ern Johan̄ Rantzowen Ritters / tödlicher abgangk vormeldet/ neben anzeigung/mit was Chriſtlicher andacht vnd gedult

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

dult er ſich in ſeinẽ letzten/ ſtandthafftig begrif
fen vnd ergeben gehabt/ Vnd das ihr vns dem
nach vnterthenig erſuchen vnd bitten thut/
Jhm vnd euch zu ehren / ſeiner künfftigen Be-
grebnuſs / mit bey zuwonen / etc. gnedig em-
pfangẽ vnd vernomen. Vnd eben als wir auß
Fürſtlicher zuneigung/ ſo wir zu ewrem vater/
als einem alten woluerdienten getrewen vnter-
thanen/ getragen / ſolchs ſeines tödlichem ab-
gangs ein gar gnedig mitleiden gefaſt/ vnd wol
gunnen mügen (wenn es dem Almechtigen al-
ſo gefellig geweſen) das er weiter gefriſt/ vnd zu
mehrem alter gelanget / Alſo auch haben wir
bey vns leicht abzunehmen / das euch / als den
sönen aus angeborner liebe / ſollicher fal vmb
ſo viel mehr zu hertzen / vnd nicht ohne bewegẽ
abgehet. Weil aber die ſchult der natur eins in
dieſer zergencklichen welt ſoll vnd muß bezalet
ſein/ ſo werdt ihr ſolchs dem Almechtigen/ als
vnwiderbringlich/ heim zuſtellen vnd zu befeh-
len/ vnd euch in deme zuerzeigen wiſſen / Son-
derlich aber damit ergetzen vnd tröſten / das
er euch in dieſer Welt rümlich fürgegãgen/ bey
Chriſtlicher warer erkantnis verharret / vnd
dardurch vngezweiffelt des ewigen lebens ge-

ſichert

ſichert iſt/ welchs vns andern der Almèchtige
auch zuuerleyhen gnediglich geruhen wölle.
Vnd ſein des gnedigen erbietens/ſo ferne vnſer
gelegenheit ſolchs jmmer zu ertragen/wann die
Leyche zu jrem verordenten lager ſoll beſtetigt
werden/ vnd wir bey zeyten daruon můgen be
richt werden/euch in geſuchtem mit perſönlich
er jegenwart gnedige wilfarung zubeweiſen/
Oder da wir ie vber zuuerſicht durch andere
vorfelle daran vorhindert/als dann zum weni
gſten an vnſer ſtadt etliche vnſere Råte darzu
verordenen/ vnd damit vnſern gnedigen willē
zuerzeigen. Vnd wöllen euch dis gnediger mey
nunge nicht verhalten/ Seint euch zu gnaden
vnd allem gutē gewogen. Datum auff vnſerm
Schloß Hansburg am newen Jars tage/
Anno 1566.

Manu propria ſubſ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

# Adolff von Gottes Gnaden/Erbe zu Norwegen/ Herzog zu Schleßwigk/Holſtein/ etc.

## Denn Erbaren vnſerem Radt vnd lieben getreuwen Henrich vnd Paul Rantzouwen gebrůdern/ Ern Johans ſeligen Sönen.

VNſern gnedigen gruß zuuor / Erbar lieber Radt vnd getreuwen/ Wir haben ewer ſchreiben empfangen / vnd mit gantz betrůbten mit leidlichem gemůt den tödtlichen abganck ewres liebē Vatern vernommen / des Selen der liebe Gott gnedige vnnd barmhertzige ruhe verleien wöll. Aber gantz gerne hinwider gehöret / das er Chriſtlichen / gantz ſtille / gedůldich mit guter bekentnis vnd andacht in dem Herrn entſchlaffen/vnd alſo aus diſem elenden zergenglichem jamerthal/ zur ewigen frewde vñ ruhe verſchieden.

Vnd weil einem Chriſten nicht gebůret ſich dem willē des Herrn zu widerſetzen/ſondern das Creůtz/ vñ was er einem vffleget/ willich zutragen/ Derwegen werdt ihr ewch/ vnd fůrnemlichen/ dieweil ewr lieber Vatter/mit guter andacht vnd bekentnis verſchieden / vbermeſſigen traurens / weil darmit der abgeſtorbenen Selen noch niemands gedienet/enthal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

halten/vnd ewch dem Creütz vnd dem willen des Herrn mit gedult ergeben. Vnd hetten in gnaden wol mügen leiden/ das gemelter ewer lieber Vatter/ſo es dem barmhertzigen Gott dermaſſen gefellig geweſen/ vns vnd vnſern Lãden vnd Leutẽ noch ein zeitlang zu troſte gelebet. Auch wol von Gott zu wunſchen vnd zu bitten/das er dergeleichen Leute/vns vnd vnſeren Landen vnd Leuten zu gute geben vnd verleihen wölle.

Als vns nuhn ewer lieber Vatter / von anfangk vnſerer Fürſtlichen iugent/mit allen treuwen gemeint Auch vnſern Herrn Vatter vñ Bruder/ weilant bey den Königen zu Dennemargken etc. Chriſt rümlichen milder gedechtniß/Königreichen / wie nicht weniger vns/ vnd dieſen allerſeits Fürſtenthumen/Landen vnd Leuten/trewlich/ ehrlichen/ rhümlichen/vnd gantz nützlichen gedienet/ So wil vns nicht gebüren/den gebetenen beiſtandt/damit ewer lieber vatter ſeliger/ Chriſtlichen zur Erden beſtadt abzuſchlagen/ Sein derwegen entſchloſſen/ Wañ wir weitere anzeigung bekommen/der begrebnis in gnaden Perſönlichen beizu wonen/ Solten wir aber der zeit/vnuerſehenlicher vorfelle halben/ eigener perſon verhindert werden/wollẽ wir nichts deſtoweniger die vnſern zu verordenen wiſſen/ Welches wir ewch/zu begerter Antwort nicht verhalten wollen. Vnd ſein ewch zu gnaden vnd allem gutem geneigt. Datum auff vnſerm Schloß Gottorff/den 15. Decemb. Anno etc. LXV.

A. H.

Z. Holſtein.

# Dem Ehrnueſten vnd Erbaren Henrich Rantzowen / Hern Johans ſeligen Söne / Kö. Mai. zu Dennemargken Stadthalter / Der Fürſtenthumen Radt / Vnnd Amptmann zu Segeberge / meinem günſtigen herrn vnnd freunde.

MEin feuntliche Dienſte zuuor / Ernueſter vnd Erbar gunſtiger herr Stadthalter vnd freundt / Aus ewerm ſchreibē hab ich ewers lieben Vatters abſchiedt auß dieſer Welt vernommen / Vnd ob wol mir daſſelbig ſchmertzlich / als eins Herren vnnd freundts / Deſſen gemüt ich gegen mir in viel wegen wollgeneigt / vnd niemals anders erſpürt / So erfrewet mich doch hin wider vmb / das er in ſeiner eigenen behauſung bey ſeiner lieben Hausfrawen vnd Kindern / mit Chriſtlicher andacht vnd guter vernunfft entſchlaffen iſt.

Vmb deſtoweniger habt jhr vnd die eweren vber dieſen abgangk zu weheklagen / Sundern gebürt euch viel mehr Gott dafur zu dancken / das er ewern Vatter nit allein im leben / mith reicher erkantniß vnnd liebe ſeines Worts / mit weißheit / manheit / ehre / glück vnd gütern / reichlich vnd weit vber den gemeinen lauff der Welt geſegnet / Sondern auch dabey / biß in ſein ſterblich end vnuerrucktslauffs erhalten / vnnd nach erlebtem vollkomenem alter / ſeliglich zu ſich genomen hat. Was hette er ſelbs von Gott höhers mögen wünſchen / oder wie konnet ihr dafur gnuſam danckbar ſein? Jn allen Griechiſchen / Lateiniſchen vnnd Teuthſchen Hiſtorien / werdet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

werdet ihr dergleichen zuſtant vnnd gleichmeſſige Continuation vnnd beſtendigkeit eines mittelmeſſigen glucks / mit einem ſolchen herlichen außgang vnd ende/an einer perſon nicht offtmals finden. Darumb auch der Poet geſaget:

*diciq; beatus*

*Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet.*

Dieweil er gewuſt/ das der Helden/ vnnd treflicher Kriegsleute gluck / gar ſeldē biß an dz ende mit jhm ſelbs einigkeit zu halten pflegt. Die weil jhr nun dieſe Beatitudinem an ewrem lieben Vatter ſelbs erkant vnd geſehen/ſo thut jhr billich all Leidt vnd trawrigkeit/ dar zu euch ſein abſchied bewogen/ von euch: Damit jr des Herrn zorn/ vō welchem er ſolchs empfangen / nicht vber euch ladet. Dis habe ich euch als ewer wolmeinend freundt / kurtzlich nicht ſollen verhalten.

# Dis Monumentum

## haben Henrich vnd Paul Rantzow gebrüder/jhrem Vatter/ſo in Gott verſchieden/ſetzen laſen.

BEgrebnuß Herrn Johan Rantzowen/Ritters etc. Welchen dreier Könige geheimiſter Rath vnde Obriſter Veldther geweſen/Als nemlich König Fridrichen des erſten/ König Chriſtian das dritten / vnd König Fridrichē

des andern/vnd beider Hertzogē/ Johans vnd Adolffen zu Holſtein etc. Vnd ſindt/ in welchen zügen er Feldther geweſen/ etzliche vō König Chriſtiern des andern oberſten erlegt: Die Deniſche vnd Dennemargken mith ihren ſelbs rhat vnd that aus der Lübiſchen / vnd Hertzog Albrecht zu Machelnburgk/ vnd Graff Chriſtoff von Oldenburg/ henden errettet. Die Biſchoffe daſelbſt ſind abgeſetzt / vnd jhre güter zum Reich gelegt. Die von Lübeck zu ruhe vñ vñ frieden geſetzt/ vnd Dithmarſchen erōbert. Alſo das er/ ehe er diß alles glucklichen vollendet / acht veldtſchlacht mit ſeinen feinden gethon. Vnd iſt nie kein Schlacht oder Scharmützel / darinnen er geweſen/ vorloren. Vnd hat hiedurch beyde bey den Herrn vnd Knechten Freunden vnd Frembden/ Deniſchen vnd Teutſchen/ ehr vnd lob eingelegt/ ſeine tage beide im Krieg vñ Frid/ mit groſſem rhum weg gebracht / vnd alzeit nach ſeiner Herrn auffnemen/ des Reichs Dennemarcken/ vñ ſeines Vaterlandes beſte trachtet. Jſt alt worden 73. Jar vnd ein Monat. Vñ Anno 1565. den 12. Decemb. ſeliglich in Chriſto entſchlaffen/ Vñ von ſeiner Frawen vnd beiden Söhnen Henrichen vnd Paul Rantzowen/ bey ſeinen Vorfahrn/ laut ſeinem Teſtament zur erden beſtatet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

Den andern und beiden Herzog [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Die Deutſchen [illegible]
[illegible]
biſchen / und Hertzog Albrecht zu Mechelburg
und Graff Chriſtoff [illegible]
[illegible]
guter [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] mit ſeinem [illegible]
als kein Schlacht oder [illegible]
[illegible] verloren [illegible]
Herrn und Knechten [illegible]
[illegible] und Teutſchen [illegible] lob [illegible]
tage beide im Krieg [illegible]
gebrochen [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Söhnen Heinrichen und Paul [illegible]
bey ſeinen [illegible]
[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 387 [45,-198 4°]